

ILLUSTRISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

DN. FRIDERICI,

Hæredis Norvegiæ, Ducis Schlesvici, Holsatiæ, Stormariæ, ac Dithmarsicæ; Comitis Oldenburgæ & Delmenhorsti, &c.

CONSILIARIIS INCLYTIS,

ET PER MOSCHOVIAM IN PERSIAM LEGATIS MAGNIS,

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS ET AMPLISSIMIS VIRIS,

DN. PHILIPPO CRUSIO, J. U. Licentiateo,
DN. OTTHONI BRUGGEMANNO,

jam, per DEI Gratiam, è Persiâ Reducibus.

Magnifici Virtute Viri, super æthera
(noti,
Egregio officio LEGATI & munere
(magni,

Deliciû Ducis HOLSATIÆ, ratagloria Gentis,
Pæsidiumq; meû, & Studiû dulce levamê:

Sic, comitante Deo, Christo Duce, & Auspice Flatu,
Vos tandem Reduces post perpessa esse pericla,
Quis non lateatur? quis non rata jubila tollat?

Exactis agitur jam quærens mensibus annus,
Holsatica postquam terra pulcherrima tempe
Liquenti valedicentes pietate Propingvis;
Ad terram vixisti peregrino Solo calentem.

Mirati Levones; Mirati Moschus & Indus
Vos ire ad claras Regalis Persidos oras.

Persia nascentis fulget sub solis Eoo,
Dives agris, dives postis in fenore terris.

Regia vidistis late fulgentia Sæpera.
Ipse Pater Patria sanctâ virtute serenus,

Rex hominum, claris æternum Regibus ortus;
Postquam accessisti vulsu lætæ amico,

Et vos porrectibus confestim accepit in amplis,
Et Celsi Holsatiæ Ducis Illustrissima iustis
Enarrare citò gravium mandata laborum.

Dixerat: & facilis data postquam copia fandi;
Narrastis; Dux Holsatiæ FRIDRICVS, amici
Orbis honor, celsis prognatus Regibus Heros,

Consulat in medium veluti, & rata commoda Gentis
Amplificare velit nova per commercia rerum.

Audijs excelsus postquam Rex, inclytus Heros,
Portandas longinqua notas per compita mercas;

Hinc & amicitias æterno fœdere claras
Jungendos inter Populos, Gentemq; cogatam:

Inclytæ Regalem penetrarunt gaudia mentem.
Illustres Regni Proceres, ubi talia facta
Percepere novo; dixerunt candida verba,

Et sunt lætati, mercis Mutator Eos
Quod novus Holsaticus è terris dexter adesses.

Convenere ratis inter se protinus actis,
Et nova perpetuo junxerunt fœdere pacta.

Et bona conjuncto sunt Voto verba precati:
Eoz felix sit permutatio mercis,
Holsaticæ felix fiet apportatio sortis.

Hoc erat! hoc unum felix communcq; votum,
Mutua ut alternis tradantur munera dextris!

Omnibus exactis; Regali & diuice pompâ
Dicitur extremum Vale; Dicitur, Auspice Christo,
Ite bonis & vobis; Celso Vereranda referte

Hinc mandata Duci; Feliciter ite, reditus
Holsaticæ in terra pulcherrima regna; Serenos
Adjungam Comites via, & omnia commoda pandam.

Dixerat: & citò Moschoviæ transferretur ad oras

Candida famarei. Magnus Dux, inclytus Heros,
Moschoviæ exultat; bona pergit dicere verba;

Et cum lætitiâ Reduces vos accipit albus;
Regales offeritq; novos atq; addit honores,

Exultatq; maris spatiosa per ægropa Cassâ
Ire redire Viros: Bona caput dicere verba;

Eoz felix sit permutatio Mercis,
Holsaticæ felix fiet apportatio sortis.

Dixerat: & terra Proceres feliciter adsunt,
Et Ducis insigni pompâ ducuntur ad aulam,

Ac multum summo præclari augentur honore;
Accipiunt, redduntq; rato distamino voces,

Et junctâ Illustri Pedumq; Equitumq; catervâ
Sanctò è Moschoviâ benè dimittuntur honore.

Audijs id postquam tellus Lyronica: multum
Jugiter exultat; lætantur viscera terra!

Plaudit Mercurij soboles Dorpatica: Apollo
Dexter oras, recitatq; melos Citharâq; Lyrâq;

Inclytæ telluris totius Gloria Ripa
Plaudit orans: plaudit Regalis Mare superba;

Plaudit in ingenio celeberrima pectore Narva;
Læticia plausu Parnovis tota triumphat;

Dantur ubiq; novo voto nova gaudia; dicunt;
Eoz felix sit permutatio Mercis,
Holsaticæ felix fiet apportatio sortis.

Audijs Holsatici Dux Illustrissimus orbis,
Et Proceres terre Illustris, & Civicus ordo,

Et bona confestim ceperunt dicere verba.
Dixerunt: ô Magnifici pro tempore nostri
LEGATI, Reduces læto sint fidere nobis.

Neguequam sunt multorum ignari ante malorum,
Holsatica postquam migrare è finibus, ante
Quattuor ô anno, sunt ausi, & credere Ponto
Sese inceperunt; cælum undiq; & undiq; Pontus,
Spirarunt Venti, fluctus & ad astra voluti.

Vix orbem medium nox horis acta subibat,
Cum subito torquent in saxa Oilandica navem.

Ad cælum palmas tendunt cum voce supinas,
Et precibus certant, vix spes superesse videtur,

Quando Legatus, curis licet eger obortis,
Incipit; ô Socij, mens nostra est nescia Fati:

Ab! rovocate animum & rebus servate secundis;
Es facilem dabit his finem Divina potestas.

Hinc licet argenti, gemmarum pondus & auri,
Commissum noctu cymba mergatur idipsum
Lux tamen orta dabit, veluti lux reddidit orta.

Altera cymba agitur, sed mergit in ægropa fluctus,
Apparent vasto nantes in gurgite nautæ;

Eluctantur æquis; Faber est lignarius unus
Fluctibus opprimitur, tristem subit ægropæ mortem.

Sol ruit integre, & miscetur murmur Pontus,
Operati crescunt venti spiransq; secundis,

Vela ferunt, scopulis abcedunt Numine fausto.
Layâ Kalmariam, hinc Oiland dexterâq; relingunt.

Prætereuntq; gravem scopulum, qui Sævica Virgo
Dicitur; est facti magno cum murmure Venti
In cæcum impellunt conversâ cuspide montem,

Et tamen inde abeunt; crebro flat turbine ne Eurys,
Incerti Lyronum longè junguntur ab oris,

Quinque dies totos jactantur in ægropæ vasto,
Eolus ex oculis rapuit cælumq; diemq;

Disjecitq; ratem; præsentem singula mortem
Intentans; tandem stridens Agylons procella
Malum aversa ferit sub prima crepuscula noctis,

Franguntur vela, antenna atq; stammina navis,
Regaliâ longè arcentur; maria omnia circum
O errant Fatis acti! mox luce sequenti
Defecti nautæ repdunt ad proxima cursu
Littora, turricas veniunt Hohelandicæ ad oras;

Anchora de prorâ jactitur, stat littore puppis,
Quisq; DEO memori persolvit pectore grates.

Annua dum redeunt data Martinalis festa,
Atq; alia ex alijs Fatis in Fatis vocantur,

Deficit ecce rudens! in saxa lætentia fracta
Torquetur navis rapidis & mergitur undis.

O facies miseranda rei! pelluntur ad oras
Hohelandicæ, his sex ibi quattuor atq; diebus
Hærent, & ducunt extrema per omnia vitam!

Sed tandem, summo sic disponente Jehovah,
Hæc Hohelandica duas navis Regâ excipit ora,
Nauq; fragos, viros in littora firma reponunt.

Tanta molis erat tractare negotia! felix
Persidos, Holsaticâq; fiet quo velut mercis,
Illustris Dux Holsatiæ sic ore profatus,

Et Proceres terra Illustris, & Civicus ordo,
Dixerunt bona verba: simul per vota precantur;

Quos habet ô Reduces Lyronum pulcherrima terra,
Incolumes hinc Holsaticis reddantur & oris.

Sit faustum & felix! Reduces fausto omine sitis
Holsatiæ terris: sint omnia facta beata!

Eoz felix sit permutatio Mercis,
Holsaticæ felix fiet apportatio sortis.

Omnia felici succurrant omina Fato;
Persia, Moschoviæ, & tellus Lyronica, & orbis
Holsatiæ felix totum lateatur in ærum;

Dentur ubiq; novo pulcherrima gaudia plausu,
Hæcego. Magnifici vos longos vivite soles,
LEGATI ad sitis famâ super æthera noti;

Incolumes vitam Pylios ducatis in annos,
Nomen & immensum volet immortale per orbem.

Dno, suis Meccenatibus, Felicem è Persiâ
reditum itâ devotè gratulabatur

ADAMUS SCHAFFERUS, Herbardâ Gbessphalus,
in comitatu quondam Alumnus.